

Petrus de Noxeto<sup>1)</sup> an NvK. Er teilt ihm mit, dass der Papst beabsichtigt, den Archidiakonats von Brabant seinem cubicularius secretus Gottfried von Waya zum Dank für dessen Verdienste, insbesondere um die Behandlung der Gichterkrankung des Papstes, zu verleihen. Da sich auch noch andere Personen, u.a. der Eb. von Trier, um den Archidiakonats bemühten, ermahne der Papst ihn, auf den Archidiakonats nur zu Gunsten des apostolischen Stuhls zu verzichten. Der Eb. werde das verstehen. Er berichtet außerdem von päpstlichen Friedensbemühungen in Italien.<sup>2)</sup>

Kopie (gleichzeitig): INNSBRUCK, TLA, Sigm. IX 62 f. 79<sup>v</sup>.

Erw.: Koch, NvK als Mensch 555; Daniels, Diplomatie 235f.

Reverendissimo in Christo patri et domino, d. N., dignissimo cardinali sancti Petri ad vincula etc., domino meo singularissimo.

Reverendissime in Christo pater et domine, domine mi singularissime. Post recomendacionem. Quia sanctissimus d. n. per singulos dies magis indiget fidissimis et gratissimis obsequiis venerabilis viri domini Gottifridi de Waya<sup>3)</sup>, cubicularii sui secreti, et maxime propter egritudinem podagre sue, qua sepe 5 afficitur, propterea in remuneracionem laborum suorum optaret valde providere sibi de archidiaconatu vestro Brabancie, quandocumque d. v. illum dimittere vellet in complacentiam sue sanctitatis. Hoc intimare volui d. v. de mandato sue sanctitatis, quia intellexit sua sanctitas aliquos magnam instantiam facere apud d. v., ut dictum archidiaconatum in favorem sui aut suorum dimittat, et inter ceteros audivit de reverendissimo domino archiepiscopo Treverensi, quamquam creda(t) sua sanctitas, quod, si prefatus 10 dominus archiepiscopus sciret voluntatem sue sanctitatis in hac re, hoc non procuraret; ymmo, si illum obtineret, non complaceret eidem d. n. Sicque idem d. n. rogat et exhortatur d. v., ut prefatum archidiaconatum nemini alteri resignet nisi simpliciter in manibus sue sanctitatis ad supradictum finem. In qua re complacebit plurimum d. v. domino nostro, qui d. vestre benedicit et illum cupit benevalere.

Commendo me d. vestre illique me totum dedo et offero. De novis nichil aliud habemus. Procurat d. n. 15 omni studio pacem Ytalicam, ut ea conclusa auxilio Ytalie et omnium aliarum christianarum nationum perfidie Teucrorum resistere valeamus. In qua re faciat nos misericors deus pietate sua voti nostri compotes. Ex Roma in palatio apostolico, die xv septembris, anno millesimo ccccliii. E. d. v. reverendisime

servitor Petrus de nobilibus de 20  
Noxeto, sanctissimi d. n. pape  
secretarius etc., manu propria et  
de mandato d. n.

<sup>1)</sup> Pietro da Noceto (1397-1467), Sekretär des Kard. Domenico Capranica, langjähriger Vertrauter und bevorzugter Sekretär Nikolaus' V.; vgl. T. Frenz, Das Eindringen humanistischer Schriftformen in die Urkunden und Akten der päpstlichen Kurie im 15. Jahrhundert, in: Archiv für Diplomatik 20 (1974) 384-506, hier 448-451; RTA XLIX 3, 947 s.v. Zur frühen Karriere vgl. auch C. Märkl, Tommaso Parentucelli, Pietro da Noceto, Petrus de Bonitate und Enea Silvio Piccolomini. Zur Kanzlei der Legation Niccolò Albergatis in Arras (1435), in: J. Gießauf (Hg.), Päpste, Privilegien, Provinzen: Beiträge zur Kirchen-, Rechts- und Landesgeschichte. Festschrift für Werner Maleczek zum 65. Geburtstag (MIÖG Ergänzungsband 55), Wien 2010, 291-312.

<sup>2)</sup> Vgl. in derselben Angelegenheit das Schreiben des Giorgio Cesarini vom Vortag; Nr. 3622.

<sup>3)</sup> S.o. Nr. 3622 Anm. 7.